



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XV. Propositæ difficultati satisfit, & Axioma propositum in vero, & catholico
sensu explicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

Tertia principalis ratio contra illam sententiam est, quia admittit meritum initij fidei in nobis, quod nullo modo admittendum videtur, siue dicatur fundatum in natura, siue in gratia quaedam ordinis naturalis, siue dicatur esse meritum de condigno, siue de congruo, siue perfectum, siue imperfectum, ergo. Maior videtur planè concedi, vel supponi in illa sententia, dicit enim eum, qui proximè non est vocatus ad fidem, vocari vel interius, vel etiam exterius ex merito obsequandi legem naturalem cum sola congrua cogitatione. Vocatio autem proxima ad fidem est initium fidei, vt ex Concil. Trident. & Arausicano in lib. 2. latè probauit. Nec dici potest quod cogitatio congrua naturalis est faciendam elemosynam, vel ad aliquo modo naturali verum Deum vt autorem naturæ colendum, sit vocatio ad fidem, vel initium fidei, quia initium fidei est aliquid per se pertinet ac necessarium ad ipsam fidem, quælibet autem alia cogitatio alterius moralis obiecti, seu operationis est valde extrinseca, & per accidens ad fidem. Vnde Augustinus lib. de prædest. Sanct. cap. 2. ad summum reducit initium fidei ad cogitationem credendorum, nam credere (inquit) est cum assertionem cogitare, quam nullus aut credere, aut velle credere potest, nisi prius cogitet esse credendum: potest autem cogitare de credendo, & non credere. Ante illam autem cogitationem alud initium fidei non posse cadere sub merito, quia illa cogitatio non potest sub merito cadere. Vnde etiam facile probatur altera propositio in argumento subsumpta, tale scilicet meritum non esse admittendum, quia planè repugnat Augustino, & non consonat Concilio Tridentino cap. 5. sess. 6. dicenti, exordium salutis sumi a vocatione, quam multis præexistentijs meritis excitatur, &c. de qua gratia subdicat cap. 7. fidem ex auditu concipientes, &c. & hoc ipsum multis testimonijs & rationibus in lib. 2. probauimus, & aliqua in sequenti capite addemus. Propter hæc ergo non videtur per illum dicendi modum conuenienter fieri satis difficultati propositæ, nec sufficienter vitari Semipelagianorum doctrinam, præsertim cum illi non negarent cogitationem honestam naturalem, nec congruitatem eius, & cum illa non transcendat rationem naturæ doctrinæ, magisque dici possit doctrina opportuna, quam gratia congrua, quæ omnia in lib. 2. latius prosequutus sum. Et ideo de hac sententia in præfati hæc sufficiunt: quæ ad perfectam excommunicationem illius axiomatis, facientis quod in se, necessaria visa fuerunt.

C A P I T U L U M XV.

Proposita difficultati satisfi, & Axioma propositum in vero, & catholico sensu explicatur.

Visis aliorum opinionibus, superest vt nonnullis assertionibus nostram declarem, & iuxta illam difficultati propositæ satisficiamus. Primò ergo dicimus negari non posse, quin Deus certa lege ac voluntate decreuerit dare omnibus hominibus lapsum propter Christum sufficiens auxilium, quo possint credere & filij Dei fieri, & non peccare, sed legem diuinam seruare. Hæc assertio satis probatur ex dictis cap. 15. vbi ostendimus ita fieri, & hoc certum, & infallibile sine personarum distinctione, ergo fundatur in lege Dei, vel firma

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

voluntate, quantum est ex parte eius, quia non potest aliud habere certitudinem, & infallibilitatem. Quod autem hæc lex propter merita Christi statuta sit, manifestum est, quia totum hoc gratia auxilium sufficiens pertinet ad gratiam redemptionis, ergo propter Christum datur, & ideo potest aliud habere certitudinem, & infallibilitatem. Quod autem hæc lex propter merita Christi statuta sit, manifestum est, quia totum hoc gratia auxilium sufficiens pertinet ad gratiam redemptionis, ergo propter Christum datur, & ideo potest aliud habere certitudinem, & infallibilitatem. Quod autem hæc lex propter merita Christi statuta sit, manifestum est, quia totum hoc gratia auxilium sufficiens pertinet ad gratiam redemptionis, ergo propter Christum datur, & ideo potest aliud habere certitudinem, & infallibilitatem.

Lex quasi pactum quod dam inter Deum hominem & æternum Patrem.

Nam Christus ex præscripto eiusdem Patris omnia sua merita obtulit ab initio Incarnationis suæ, pro salute omnium hominū, ergo vt omnibus darentur auxilia sufficientia ad illam consequendam, ideo enim est vniversalis Redemptor omnium, quoad sufficientiam: ergo Pater acceptando meritum, promittit Christo dare hominibus tale auxilium. Quod etiam potest antecederet explicari: nam Deus Pater Christo promittit dare omnibus hominibus remissionem peccatorum, & veram iustitiam, quantum in se erat, si ipse pro eis satisfaceret, & iustitiam mereretur. At Christus & acceptauit constitutionē, & impleuit, & inde firmata est lex dandi omnibus hominibus auxilia sufficientia ad salutem, quæ in adultis debent esse auxilia actualia, & in infirmis, epta, vel in eorum manu, & potestate aliquo modo posita, vt supra probatum est, & ideo ibidem diximus, quod licet considerato humanæ naturæ lapsu ante hoc pactum cum Christo, & sine illo potuisse Deus sine vlla infidelitate & iniustitia, non dare, nec offerre hominibus auxilium sufficiens ad salutem, quia peccatum naturæ erat tota illa poena dignum, & ante præordinata & præuisa merita Christi, Deus nulli tale auxilium debebat, aut promiserat, nihilominus stante merito Christi, & generali lege cum illo stabilita, non potest Deus ex se negare alicui adulto tale auxilium aliquo modo sufficiens, alias & esset infidelis in suis promissis, & iniustus, non quidem respectu peccatoris, qui dum talis est, nullum habet ius in se acquisitum, (vt sic dicam,) sed respectu Christi, cuius est proprium tale ius, propter quod semper tale auxilium in principio est merè gratuitum respectu eius, cui datur, licet respectu Christi præmium meritorium sit.

Dico secundo. Hæc lex dandi omnibus hominibus auxilia sufficientia ad salutem, quo ad auxilia supernaturalia, seu proximam vocationem ad fidem per sufficientem eius propositionem externam, vel internam actu dandam omnibus & singulis viatoribus adultis, non fuit absoluta, includens scilicet absolutam promissionem, sed sub aliqua conditione. Hæc assertio communiter recepta est, præsertim ab auctoribus primæ & tertiæ sententiæ, & alios quos infra referam. Et per experientiam videtur euidens, quia quod Deus non omnibus confert, certè non omnibus absolute promittit, est enim fidelis & verax, & se ipsum negare non potest: at verò experimento constat Deum non omnibus infidelibus dare in effectu proximè vocationem ad fidem, quia ad multos externa prædicatio non peruenit, & interna reuelationis nullum est indicium, nec affirmari potest sine fundamento, quia, teste Paulo, ordinaria lex est, vt homines per externam prædicationem ad fidem vocentur: ideo enim interrogat ad Roman. 10. Quomodo audient sine predicante, & Act. 14. & Roman. 1. Cum vult ostendere Deum non omnino deseruisse Gentiles, nec reliquisse sine aliquo auxilio, non dicit interius se illis reuelasse, sed per visibilia opera se illis manifestasse, & per generalia beneficia omnes ad se attraxisse, & eodem modo loquuntur Patres ita referendi. Confirmatur, quia multi sunt infideles,

Lex dandi omnibus hominibus auxilia sufficientia ad salutem, quæ in adultis debent esse auxilia actualia, & in infirmis, epta, vel in eorum manu, & potestate aliquo modo posita, vt supra probatum est, & ideo ibidem diximus, quod licet considerato humanæ naturæ lapsu ante hoc pactum cum Christo, & sine illo potuisse Deus sine vlla infidelitate & iniustitia, non dare, nec offerre hominibus auxilium sufficiens ad salutem, quia peccatum naturæ erat tota illa poena dignum, & ante præordinata & præuisa merita Christi, Deus nulli tale auxilium debebat, aut promiserat, nihilominus stante merito Christi, & generali lege cum illo stabilita, non potest Deus ex se negare alicui adulto tale auxilium aliquo modo sufficiens, alias & esset infidelis in suis promissis, & iniustus, non quidem respectu peccatoris, qui dum talis est, nullum habet ius in se acquisitum, (vt sic dicam,) sed respectu Christi, cuius est proprium tale ius, propter quod semper tale auxilium in principio est merè gratuitum respectu eius, cui datur, licet respectu Christi præmium meritorium sit.

Deus non omnibus in fidelibus dat in effectu vocationem ad fidem.

Rom. 10. Act. 14. Rom. 1.

deles,

D. Thom.

deles, quibus infidelitas ad culpam non imputatur, propter ignorantiam inuincibilem, ut est communis sententia Theologorum cum D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 1. ergo illi nec exterius, nec interius sunt vocati sufficienter ad fidem, quia fi vocati essent, & non credidissent, iam eorum infidelitas esset culpabilis.

4.

Condit
dandi au
lij ex vi p
missionis
qualis sit.

Terriò dicendum est, hanc conditionem talem
esse, vt non sit effectus auxilij dandi ex vi promissio-
nis, sed aliquid aliud, quod illo auxilio fieri
possit, & nisi fiat promissio, Deum non obligat.
Hinc assertio nem fatis declarant Doctores allegati
in prima opinione, & inter eos apertissime D. Tho-

D. Thom.

Axioma,
facienti
quod in se
est, Deum
denegat gra-
tiam, exp-
licite.

5.

Expendi
locus D.
1.2.q.89.
1.2.q.89.
art.6.

Vltcrius vero expendo celebrem locum D. Thomæ 1. 2. quæst. 69. art. 6. vbi de puero proveniente ad vsum rationis sine auditu fidei; dicitur, si se ipsum ordinaverit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Interrogo igitur, an loquatur de ordinatione in finem per conversionem perfectam & supernaturalem voluntatis in Deum vt in vltimum finem, vel de conversione aliqua honesta & naturali, siue in bonum rationis & honestum, vt Caietanus, Viçt. Medina & alij exposuerunt, siue in Deum explicitè & in particulari cognitum, vt Capreolus & alij interpretantur. Primum dici non potest, quia illa conversio ad Deum supponit fides, & in illo puero nondum supponitur fides, nec vocatio ad fidem, cuius signum est, quia licet tunc non conuertatur in Deum, siue in eo peccet, siue non, manebit infidelis tantum negatiuè etiàm ex eiusdem D. Thomæ sententia. Si autem secundum dicatur, interrogo rursus, an sensus sit ex vi illius ordinationis ad debitum finem statim & immediatè infundi gratiam habituales, & remitti peccatum sine alia meliori dispositione, vel statim dari talia puero auxilium supernaturale, & vocationem ad fidem, quia possit se sufficere ad gratiam iustificantem preparare. Primum non potest attribui D. Thomæ, contineat enim magnum errorem, quem ipse refutat in aliis locis allegatis eiusdem 1. 2. ergo oportet secundum amplecti: ergo ex sententia D. Thomæ illi puero facienti quod in se est ante vocationem ad fidem, datur auxilium supernaturale actualis gratiæ.

6.

Quocirca in hoc loco explicando multum laborant Thomistæ: nam pro certo habent D. Tho-

mam loqui de aliqua conuerſione hominis ad vlti-
mum finem, quæ antecedit vocationem internam
ad fidem: eſtque euident ex ipſo diſcurſu D. Tho-
mæ. Præmittit enim primum quodd tunc, id eſt, in
principio vſus rationis homini cogitandum oc-
currit eſſe de libertate, de ſeipſo, vbi non de co-
gitatione fidei, ſed de naturali loquitur, & Cai-
etanus diligenter interpretatur, idque conatur ex
ipſa naturæ inclinatione & propinquitate ad ſe. *De Tho.*
ipſum deducere. Nam ſi de cogitatione fidei D.
Thomas loqueretur, & gratis ac ſine villo funda-
mento id ſupponeret, & contra hypothefim pro-
cederet: nam tractabat de puero nec exterius, nec
interius vocato ad fidem. Loquitur ergo de natu-
rali cogitatione & conſequenter de ordinatione ad
finem, per naturalem actum voluntatis: nam con-
uerſio ſupernaturalis voluntatis ſupponit ſupernat-
uralem cogitationem in intellectu, vt videm D.
Thomas de eadem re tractans docuit lib. 3. con-
tra gent. cap. 145. ratio. 5. Hinc ergo difficilis val-
de redditur conditionalis propoſitio, quam ſtatim
Diuus Thomas ſubiungit, ſi jeſum ordinari ad
debitum finem, per gratiam conſequeretur remiſſionem origi-
nalis peccati; qua diffiniente preſſi Thomæ facien-
tur, neceſſarium eſſe, vt inter illam debitam ordi-
nationem ad finem, & inſuſionem gratiæ habitus
illi intercedat alia conuerſio ex auxilio ſupernat-
urali gratiæ & fidei.

Quidam verò illorum dicunt, auxilium hoc super-
pernaturale ad hanc secundam conversionem non
dari infallibiliter habenti priorem bonam ordi-
nationem, sed pie credi, frequenter ac sæpius dari
ex diuina liberalitate, & arbitrio. Iudicat Bannes
2. 2. quæst. 20. art. 1. dub. 2. ad 4. Sed responso
euaeucti de iurisd. D. Thomæ, quasi per hoc ha-
benti primam bonam deliberationem naturalem,
non semper & infallibiliter daretur vocatio ad fi-
dem, possent multi habere illam primam delibe-
rationem naturalem, & sic implere præceptum
naturale conuertendi se ad Deum, & manere in
solo peccato originali, & postea peccare prius
venialiter, quam mortaliter, contra id quod tenet
D. Thomas conabatur ostendere. Et præterea tunc
vel repugnat diuina prouisiõ, quòd multis tunc
negetur auxilium gratiæ, licet faciant quod in
se est, vel gratis dicitur, quod multis, & fre-
quentius datur, non enim satis est dicere, quod
pie creditur, si abique fundamento creditur: ergo
idem est de omnibus credendum. Et ita tan-
dem fatetur Medina ibi; addit verò, quod non
statim inspirabitur fides si facienti quod in se
est, sed post aliquod tempus à Deo deponitur.
In quo etiam Deus non permittit hominem il-
lum prius peccare venialiter: quam mortali-
ter. Vtrumque autem est voluntariè dictum, &
præter intentionem D. Thomæ si enim tandem
recurrendum esset ad illam prouidentiam Dei
superuacaneus fuisset labor reddendi rationem
ex illo præcepto conuertendi se ad Deum vt homo
peccet venialiter donec de ultimo fine aliquo mo-
do delibet.

Alij ergo tandem fatentur Deum infallibiliter inspirare idem illi puero statim ac recte deliberare ordinando in debitum finem naturalem : addunt verò illum non implere illam conditionem per vires naturæ : sed per auxilium supernaturalem gratiæ. Dicunt enim puerum illum in eo momento morali quo peruenit ad vsum rationis simul, aut intra brevissimum spatium, duplicem illustrationem, & internam motionem supernaturalem à Deo recipere, vnam qua excitat mentem illius pueri ad cognoscendum Deum naturali cognitione, & convertendum se ad illum affectu naturali perfecto in suo genere quoad hoc, vt se

& sua in illum finem referat. quod si huic motioni diuine puer consentiat, statim in eodem momento, & paulo post datur ei alia inspiratio supernaturalis, qua possit credere in Deum actu supernaturali fidei infusæ, & conueri in ipsum vero actu charitatis, cui inspirationi si obediatur, statim iustificatur. Ratio prioris auxilij est, quia homo tenetur præcepto naturali conuertere se in Deum ut finem naturalem; ergo ad prouidentiam Dei spectat in eo tempore, & occasione dare illi auxilium sufficiens ad implendum illud præceptum, quia in statu naturæ lapsæ, non potest homo illud implere per facultatem naturæ: & conuertendo se in Deum, & proponendo absolute placere illi in omnibus; ergo dat Deus tunc illud primum auxilium. Ratio autem alterius partis est, quia si homo cooperetur, ut debet, cum illo primo auxilio, iam facit quod in se est, non per solam facultatem naturæ, sed per auxilium supernaturale, ergo Deus illi non negat notum auxilium, quo iustificari possit, si velit; cui sententia videtur fauere D. Thomas ad Romanos decima tertia, sectione decima, ubi ait eos qui non audierunt Euangelium, excusari posse à peccato infidelitatis per ignorantiam inuincibilem, iuxta verbum Christi Ioan. 17. *Si non venissem, & loquutus eis fuissim, peccatum non haberent.* & subiungit: *Si qui tamen eorum fecissent quod in se est, Dominus ei secundum suam misericordiam prouidisset, mittendo eis Predicatores fidei sicut Petrum Cornelio, Act. 10. & Paulum Macedonibus, Act. 16. & continuo addit; conuertendo se ipsum quod aliqui faciunt, quod in se est, conuertendo se, scilicet ad Deum, ex Deo est mouente corda ipsorum ad bonum, iuxta id Threnor. 5. *Conuertere nos Domine, & conuertemur.**

Verum tamen qui sic exponunt re ipsa incident in sententiam, quam toto conatu reprobant verbis paululum mutatis, quæ in proprietate sumpta, aut vera non sunt, aut sententiam non variant, nec distinguunt. Explico singula. nam in primis iuxta illam interpretationem, iam conceditur esse verum illud, *facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*; intellectum de prima gratia proximè auxiliante ad fidem, id est, de prima inspiratione fidei infusæ, & cum dicant infallibiliter dari hanc gratiam facienti quod in se est, necesse est, ut admittant certam legem, & promissionem Dei, quia non potest esse aliunde consecutio infallibilis. Rursus solum requiritur, ut homo faciat quod in se est, in obseruatione præcepti naturalis, per actum vtiq; moraliter bonum, & merè naturalem præcipi potest, & de facto præcipitur pro illo instanti vsus rationis; ut ipsi supponunt, de quo nunc non concedimus. Deinde consequenter loquendo fateri cogentur de tali homine, & tali actu omnia, quæ ipsi contra Molinam obiciunt, nimirum Deum ad inspirandum fidem tali homini, expedire bonum motum naturalem voluntatis eius, & consequenter non dare illis gratis inspirationem fidei, sed merè prioris voluntatis, idemque ex parte hominis posse dari causam, cur huic inspiret fidem, & non illi, scilicet, quia hic conuersus fuit in Deum naturali conuersione, & non ille: solumque videntur hæc omnia excusari in illa sententia, quia illa conuersio licet in se sit naturalis, dicitur fieri per motionem præuiam supernaturalem.

Quod autem hoc non excuset, probatur primò, quia hoc præuium auxilium non est per se requisitum ad actum, nec reddit illum meliorem; quàm ex natura sua sit: solum enim potest illud auxilium necessarium reputari propter fomitis repugnantiam, & alia impedimenta naturæ lapsæ: necessitas autem talis auxilij nihil refert ad me-

ritum illius actus, vel ut sit dispositio, aut præparatio ad supernaturale auxilium fidei, quod optimè declaratur in puero perueniente ad vsus rationis in natura integra, nam si fingamus permansisse homines in statu integræ naturæ, nati erant infantes, sicut modò & paulatim crescerent, & ad vsus rationis pertinerent. Ille ergo puer per vires naturales sine speciali auxilio posset in primo tempore vsus rationis conuertere se in Deum finem naturæ, & implere legem naturalem, tunc obligantem, ut supponitur; ergo illi sic facienti quod in se est, inspiraretur fides; ergo in illo statu poterat homo mereri fidem, & ita nunc non esset gratuitum donum Dei. Probatur consequentia, quia tunc ille puer non minus bene operaretur per vires naturales, quàm tunc dicatur operari per illud auxilium: ergo si ille meretur aliquo modo vocationem proximam ad fidem, etiam ille eandem suis viribus meretur, quia si actus non est melior, parum refert quod per tale auxilium vel sine illo fiat, vel è contrario si in natura integra non potest concedi tale meritum per actum naturalem, & iam nunc non est admittendum ratione illius auxilij, quod propter vincenda tantum impedimenta datur: vel denique si in viroque casu admittatur illa propositio, facienti quod in se est, sine merito, vel propria dispositione ad fidem, euacuantur omnes obiectiones cap. 13. propositæ contra comunem doctrinam.

Secundò obicio, quia si sine sufficiente fundamento asseritur, dari tale auxilium supernaturale ante inspirationem fidei, nam in primis, quod supponitur de præcepto naturali dilectionis Dei Retorque super omnia obligante pro illo primo instanti tur. vsus rationis; non solum incertum est, sed etiam communiter non recipitur etiam ab ipsis Thomistis, qui licet admittant præceptum, satis impleri dicunt deliberando de honesta vita, seu de loquendo bono rationis, & proponendo secundum rationem viuere, proposito elicto viribus naturæ eo modo, quo poterit fieri, siue absolutum sit, siue conditionatum, id est, quantum in se fuerit quod siue speciali auxilio gratiæ fieri potest. Vnde D. Thomas in 1. 2. in corpore art. 6. quæst. 82. solum D. Thom. dixit obligare tunc naturale præceptum ordinandi seipsum ad debitum finem, quod Caietanus Caietan. exponit satis impleri collocando finem suum in beatitudine imperfectè & inchoatiue apprehendendo bonum confusè, pro ut atas illa consuevit quia cogitatio quæ nunc excurrit primò, non est de Deo, sed deliberandi de seipso, ut D. Thomas voluit, quæ cogitatio naturalis est, & naturali modo occurrat, ut Caietanus exposuit, & propositum voluntatis de illo obiecto confusè, & cum dicta limitatione haberi potest per naturales vires: unde nullum fundamentum relinquatur ad ponendum tunc illud præuium auxilium supernaturale, & multo minus ad asserendum dari infallibiliter omnibus. Vbi est enim lex, vel promissio absolutæ talis auxilij. nam sine illo potest non peccari mortaliter in illo primo tempore vsus rationis, ut declaratum est, & hoc est satis ad prouidentiam Dei.

Vtteriùs verd esto detur illud auxilium; interrogo quo sensu dicatur supernaturale: nam ex parte obiecti, quod tunc occurrit ad deliberandum de illo, non est supernaturale, ut supponitur, quia tale auxilium est ante reuelationem supernaturalem, & ideo cum tota illa cogitatione & omissione debitæ conuersionis manet infidelitas negatiua, ut auctores illius sententiæ fatentur. Deinde non est auxilium illud supernaturale ex parte actus, propter quem datur, quia ille etiam actus naturalis est, & non indiget aliquo principio super-

II. Obiectio.

12.

Auxilium quo sensu dicatur supernaturale

supernaturali: ergo solum potest supernaturale vocari, quia est gratuitum, & naturae non debitum, in se tamen naturale quod est, solumque per maiorem excitationem intellectus, intra ordinem cognitionis naturalis, vel aliquem similem affectum dari potest, iuxta dicta lib. 1. cap. At verò hoc satis non est, ut tale auxilium sit principium meriti de congruo, aut dispositionis ad primam gratiam primi auxilij supernaturalis, ut prior discursus ostendit, quod dici non potest, ut statim latius dicam. Ergo ex eo quod tale auxilium praecedat ad faciendum quod in se est, non vitantur incommoda obiecta contra primam sententiam, vel si in illo casu sine illis incommodis & sine merito illo, vel propria dispositione datur in se ratio fidei facienti quod in se est, seruando legem naturae eo modo, quo potuerit per vires rationis, cum communi Dei influentia sine vilo fundamento meriti, vel dispositionis propriae. Concludimus ergo conditionem inclusam in illa promissione facienti quod in se est, implendam esse ab homine sine auxilio propriae supernaturalis in suo esse & ordine, quod tunc nobis satis est, siue iuuandus sit humo per auxilium ordinis naturalis, siue non, quod statim amplius expendemus.

13. Quartò addo conditionis complementum non esse necessarium, ut Deus det homini primam auxiliantem gratiam supernaturalem. Probat, quia Deus interdum & saepissimè dat illam transgredientibus legem naturalem & magis peccatoribus: si enim, *ut vult, miseretur, & quem vult, indurat*, Rom. 3. eodem modo dicit per Isaiam cap. 65. *Inueniuntur sum à non querentibus me*, &c. Et hac ratione illa conditio, facienti quod in se est, non solum non erit meritum, vel dispositio, ut statim dicam, sed nec dici poterit conditio necessaria ad obtinendam talem gratiam, seu conditio sine qua non obtinetur, quandoquidem sine illa multis & frequentissimè datur, ut latè probat Augustinus lib. 1. contra duas epist. Pelagian. cap. 15. & lib. de gratia & lib. arbitr. cap. 6. expendens hanc Dei gratiam in vocatione Pauli, eandemque in seipso recognoscit lib. 4. & 5. & 7. Confession. per multa capita. Ratio verò est, tum quia hoc modo liberalitas diuinæ gratiae maximè ostenditur, quam suis operibus Deus manifestare voluit iuxta illud Rom. 9. *ut ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae*, & illud ad Ephes. 1. *in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo*. Tum etiam, quia in hoc maximè omnipotentiam suam manifestat, quod voluntatem hominis quantumuis rebellem & auersam, quando voluerit, & ubi voluerit, potest ad se conuvertere, ut Augustinus dixit in Enchiridio capite centesimo.

14. Ut ergo Deus gratiae suae auxilium alicui conferat, non est necessaria conditio, ut homo ipse prius sua libertate bene utatur. Potuit tamen esse conditio illa necessaria, ut Deus teneatur talem gratiam dare ex vi legis, seu promissionis, & pacti cum Christo transacti, quia non est factum, nisi sub tali conditione, ut ostensum est; ergo sicut illa non impleta non obligat, ita si impleatur, obligat, non homini facienti, quod in se est, sed Christo: & ideo fortasse non sine causa dictum non est in illo axioma *facienti quod in se est*, Deus dat gratiam, ne forte putaretur etiam posse conuerti dicendo, non facienti quod in se est, Deum non dare gratiam, quod omnino falsum est, sed tantum dictum est, Deum non denegare gratiam facienti quod in se est, quia iustissimè potest denegare illam non facienti quod debet, & saepissimè id facit, & è conuerso miseri-

corditer eam donat facienti quod in se est, & infallibiliter propter Christum, & respectu eius etiam iustè.

Quartò dicendum est, ante fidem, etiam si faciat homo, quod in se est, obseruando legem naturae, non mereri vilo modo, vel de condigno, vel de congruo vocationem ad fidem, neque se mereri modo naturae, vel de congruo vocationem ad fidem. Ut distinctè probetur assertio, aduertendum ante proximam vocationem ad fidem, posse hominem facere quod in se est, duobus modis, scilicet vel per solas vires liberi arbitrij, vel per aliquam prauiam gratiam ordinis naturalis: ideoque utroque modo sigillatim probanda est assertio. Et de primo quidem supponimus, cum dicitur homo facere quod in se est per solas vires liberi arbitrij, non excludi generalem concursum, & providentiam Dei debitam causis secundis secundum communem cursum & legem naturae, sine hac enim nihil potest homo operari. Excluditur ergo omne speciale gratiae auxilium siue naturalis ordinis sit, siue supernaturalis. In quo sensu efficaciter probatur assertio argumentis factis in cap. 13. quia sententia Malsilentium non aliaratione reprobata est, nisi quia ex parte solius liberi arbitrij, ponebat aliquod meritum primae gratiae. Nec oportet distinguere de merito condigni, vel congrui, quia illi, ut vidimus lib. 1. de merito imperfectissimo loquebantur, & interdum etiam nomen meriti non admittebant, quia verò dicebant gratiam non liberalissimè dari, sed per modum retributionis, intuitu humani operis, eorum sententia reiecta est.

Et propterea non solum sub nomine meriti, sed etiam sub ratione propriae & moralis dispositionis illa pars assertionis certissima est, tum quia vix potest à ratione propriae dispositionis aliqua ratio meriti separari, tum etiam, quia moralis dispositio est magna ratio inducendi formam ad quam est dispositio, & quandam rationem debiti secum affert, atque ita gratiae rationem dimittit, aut certe destruit: nam quod per proprias dispositiones obtinetur, per opus proprium comparatur. Vnde si opus ipsum non sit gratia, seu ex gratia, quod sic comparatur absolute ex operibus, & sic tollit rationem gratiae. Nec enim vitatur sententia semipelagiana, dicendo non omnibus dari gratiam propter similem dispositionem, quia nec ipsi Malsilientes hoc dicebant, ut supra etiam vidimus. Neque permitti potest, ut vel in vno tantum homine ratio gratiae destruat, ut destrueretur, dicendo aliquem saluari & non ex gratia, seu (quod idem est) suis operibus inchoando salutem suam, merendo, aut se disponendo suis viribus ad primam gratiam.

Potestque hæc pars confirmari ex illis fidei principiis, *Quid habes quod non accepisti*, 2. Corinth. 4. *Sine me nihil potestis facere*, Ioan. 15. Hæc enim & similia intelliguntur de operibus conferentibus ad æternam salutem: omne autem meritum & moralis dispositio ad gratiam multum ad salutem confert: ergo non est ex viribus liberi arbitrij sine Christi gratia. Item ex illo ad Philipp. 1. *qui cepit in vobis opus bonum, ipse perficiet*. non ergo incipit homo suam salutem operari, sed Deus, de quo propterea etiam dicitur operari in nobis vel le, & perficere pro bona voluntate, ad Philipp. 2. & dare sufficientiam præcogitandi, 1. Corinth. 13. Si autem homo suis viribus aliquo modo mereretur, vel se disponeret ad primum gratiae supernaturale auxilium, inchoare suam salutem, sicut inchoat generationem ignis, qui primam dispositionem.

positionem ad illam inducere incipit; ergo in negotio salutis & supernaturalis iustitiæ non potest tribui soli libero arbitrio.

Ratio verò huius partis ab aliquibus redditur, quia homo nullum bonum morale facere potest liberi arbitrij viribus: meritum autem, vel dispositio positiva ad gratiam, non potest esse nisi actus moralis bonus, ut per se notum est: ergo. Hæc verò ratio fallum assumit, ut ex dictis in lib. 2. constat. Ratio ergo propria est, quam attingit D. Thomas 3. contra gent. cap. 149. ratione 4. meritum debet esse proportionatum præmio, seu retributo, sed actus, quos homo per facultatem naturalem producit, non habent proportionem cum gratia, vel auxilio, quod facultatem naturæ excedit. Ergo non possunt illud mereri. Quæ ratio etiam de dispositione fieri potest, quia etiam dispositio esse debet proportionata formæ. Illam tamen magis quoad dispositionem declarat idem Doctor sanctus ibidem ratione 2. Nam agens instrumentale (inquit) non disponit ad perfectionem inducendam à principali agente, nisi secundum quod agit, ex virtute principalis agentis, sed anima nostra operatur sub Deo, sicut agens instrumentale sub principali agente; ergo non potest anima se preparare ad suscipiendum effectum diuini auxilij, nisi secundum quod agit ex virtute diuina. Præuenitur igitur homo diuino auxilio ad bene operandum, magis quam ipse diuinum auxilium præueniat, quasi merendo illud, vel se preparando ad illud. Hæc ferè D. Thomas, in quibus aduerto subsumptam illam propositionem, quod anima nostra operatur sub Deo, sicut agens instrumentale sub principali agente. cum maiori proprietate verum habet in operibus gratiæ, & in lib. tractauimus, & ideo in hoc sensu videtur in illo discursu sumenda, ut efficacius ratio concludat, non posse hominem se preparare ad aliquod auxilium gratiæ supernaturalis, nisi tanquam instrumentum Dei moueatur per aliud prius supernaturale auxilium, & ideo perueniendum esse ad aliquod primum, ad quod homo preparari non possit. Alioqui si de fide sola sub ordinatione causæ secundæ ad primam sermo esset, & solum diceretur anima nostra instrumentaliter agere sub Deo, generali & improprio modo quo causa secunda principalis dicitur comparari ad primam sicut instrumentalis. Sicut autem illa ratione concluderetur, non posse hominem se disponere suis viribus ad primum gratiæ auxilium, sine concursu generali Dei, quod non satis esset ad probandam assertionem, ut constat; cum maiori ergo proprietate intelligi debet, & ita optimus est discursus.

Probanda superest eadem assertio de homine faciente quod in se est, per auxilium gratiæ ordinis naturalis, iuxta distinctionem gratiæ excitantis positam in superiori libro, capite septimo. Claram enim est hominem de quo loquimur, non posse facere quod in se est per auxilium gratiæ supernaturalis ordinis, quia loquimur de homine priusquam interius vocetur ad fidem, ante quam vocationem nullum auxilium supernaturalis ordinis internum homo recipit, ut per se clarum est, & in superioribus ostensum est; ideoque non potest tunc facere, quod in se est per auxilium supernaturale, quia debet supponi cum tali auxilio; quia causa efficiens disponitur effectui, & tunc necessariò habebit tale auxilium sine merito, vel dispositione propria, quæ est assertio, quam probare intendimus. Loquimur ergo in assertionem de auxilio naturalis ordinis, & priusquam auctoritate illam probemus, posuimus in hunc modum illam ratione ostendere & explicare: nam duobus modis excogitatum est hoc auxilium naturale, per quod fiat tale meri-

tum, vel dispositio. Primum ut illud auxilium nihil aliud sit, quam naturalis cogitatio, quæ congrua sit ad bene operandum, etiam si per solas naturales causas & vires naturales hominis producat, Deo nihil specialiter operante vel in causis externis tali, vel tali modo applicandis, vel aliquid speciale interius operando, vel solum habeat illa cogitatio rationem gratiæ, quia fuit peculiare Dei beneficium per suam generalem prouidentiam, ita disponere causas vniuersi, ut talem cogitationem in homine excitarent. At verò contra hunc sensum procedunt omnia, quibus capite decimoquarto in libro secundo ostendimus, si in hac sola cogitatione fundetur meritum primæ vocationis proximæ ad fidem, non recedi re ipsa à sententia Cassiani & Fausti solum per hoc quod cogitatio illa gratia nominetur, quia illa est gratia solo titulo, quia non transcendit rationem doctrinæ, & in eo gradu non spectat ad doctrinam reuelantem, sed naturalem, atque ita est minor gratia, quam illa quam Pelagius admittebat.

Venio ad alium modum quo potest conclusio intelligi de proprio auxilio gratiæ ordinis naturalis, pro ut addit aliquid internæ excitationi, ex peculiari affectione & prouidentia Dei, quem modum insinuant auctores, qui dicunt puerum venientem ad usum rationis, si faciat quod in se est, per motionem antecedentem ad vocationem fidei, statim infallibiliter illam vocationem obtinere. nam licet vocent illam motionem supernaturalem, re vera non potest esse ordinis, seu entitatis supernaturalis, cum ante auditum fidei internum, & externum antecedit: solum ergo potest esse supernaturalis quo ad modum lib. 1. superiori cap. 7. explicatum. quidquid enim sit, an alio modo, vel titulo illi sic operanti detur initium fidei, quod postea videbimus. Dico non posse id esse per modum meriti, aut dispositionis moralis & proportionate, nam ad hoc dicimus in assertionem non sufficere auxilium naturalis ordinis, quod probatur primò rationibus supra adductis ex D. Thoma, quia actus moralis ordinis naturalis etiam si fiat auxilio gratiæ, semper est improporionatus toti ordini supernaturalis gratiæ; ergo nec moralis dispositio positiva, nec meritum eius esse potest. Item, quia licet anima nostra moueatur à Deo per specialem excitationem ordinis naturalis, nihilominus ut sic mota non agat instrumentaliter sub Deo ut auctore supernaturalis gratiæ, imò supposita illa excitatione & moralia adiutorio, eius voluntas naturali modo operatur actum moralem naturalem, ac verè acquiritur, & per illum efficit habitum acquisitum, ad quem tantum ex vi illius motionis se disponit: ergo ex vi illius non meretur, nec preparatur anima ad recipiendum auxilium supernaturalis ordinis, donèc aliquo auxilio eiusdem ordinis moueatur, & ita operetur instrumentaliter sub Deo, ut per se ac propriè supernaturaliter ac principaliter operante.

Præterea declaratur vtrique ratio, quia opus morale factum ab aliquo ex sola gratia naturalis ordinis, de se non est melius vel physicè, vel moraliter, quam similis factus ab alio per ordinarium concursum causarum, sicut habitus per accidens infusus, non est melior de se, quam acquisitus, nec visus congenitus, quam miraculosè restitutus: ut, v. g. fieri potest, ut cogitatio de Deo comparata à Philosopho, suo naturali discursu cum solo generali concursu Dei, & data rustico gentili per speciale auxilium naturale Dei sint æquales, & consequenter, quod bonus aliquis motus voluntatis in vtroque excitatus, vel

Z 4 liberè

20. Modus proprii auxilij gratiæ ordinis naturalis.

21. Declaratur.

libere factus sit æqualis, & in aliis actibus minus perfectus res clara videtur. tunc ergo sit argumentum, nam actus factus ex communi cursu causatum per vires arbitrij, non est sufficiens, ad quaecunque meritum supernaturalis vocationis; ergo nec similis actus factus cum auxilio naturalis ordinis. Probatur consequentia, quia sola relatio, seu emanatio à tali auxilio non reddit actum moraliter meliorem, aut digniorem: ergo nec magis aptum ad tale meritum.

22.
Vniuersalis
ratio.

Vnde sit vniuersalis ratio, quia omnes isti actus boni ordinis naturalis absolute spectati, abstrahendo ab hoc, vel illo modo quo fieri possunt, tales sunt, vt per se loquendo possint fieri per solas vires arbitrij; ergo de se sunt improporionati ad tale meritum, nisi aliquo modo ad supernaturalem modum subleuentur; ergo quocunque modo fiant, ita vt in illo inferiori ordine maneant, non sunt villo modo meritorij supernaturalis gratia. Patet consequentia, quia non euadunt meliores, etiam si per tale auxilium fiant, & declaratur optimè, quia homo in statu naturæ integræ, potuit fide speciali auxilio gratia habere dilectionem Dei naturalem, tam perfectam, quam nunc possit homo per hoc auxilium ordinis naturalis, & nihilominus non potuit mereri fidem, vel initium eius per illum amorem, imò nec Angelus id potuit: ergo nec homo lapsus id potest, etiam si per speciale adiutorium similem Dei amorem eliciat. Quocirca rationes omnes, quæ probant nos non posse per bonum opus morale viribus liberi arbitrij factum villo modo mereri auxilium gratia supernaturalis, æquè procedunt, siue illud opus sit factum ex aliquo auxilio ordinis naturalis, siue cum solo generali concursu vniuersalis prouidentia, nimirum, quia tale opus respectu supernaturalis ordinis est quasi nihil, & quasi ex se solum placet in ordine ad finem, vel præmium naturale, &c. Hæc enim & similia æquè procedunt, siue naturale opus hat viribus propriis, siue cum adiutorio Dei ordinis naturalis, cum quo opus in se non fit melius, nam tunc tale adiutorium valde extrinsecum est, & quodam modo plus agere videtur qui cum minori adiutorio aliquantulum operatur.

23.
Probatur
assertio.

Vltra has verò rationes, assertio quocunque sensu intellecta, id est, de homine faciente quod in se est, siue per vires solas liberi arbitrij, siue per beneficium cognitionis congruæ, siue per specialem excitationem ordinis naturalis, probanda à nobis est ex quodam supernaturali principio, quod initium fidei non cadit sub meritum, quo maxime Augustinus & alij Patres Maffilienses expugnant: ex illo autem rectè concluditur, nullum opus bonum morale, seu ordinis naturæ quomodocunque fiat, esse posse moralem dispositionem, aut aliquale meritum primæ vocationis ad fidem, seu, quod idem est, primi auxilij supernaturalis: primum autem illud in lib. cap. breuiter tactum est; nunc autem probandum est latius. & in primis docet illud D. Thomas 2. 2. questione decima, articulo quarto ad tertium. vbi de Cornelio dicit, cum placuit Deo suis orationibus & elemosinis non fuisse infidelem, alioqui, ait, eius operatio non fuisset Deo accepta, quia sine fide nemo ei placet: vnde egregie dixit Ambrosius libro sexto in Lucam 8. & respondens Iesus: Misericordia tunc habet meritum si fide precedente conferatur, & libro septimo ad illa cap. vndecimo. Veruntamen quod superest, date elemosinam: Opera (inquit) sine fide vana sunt. Præterea probatur ex Augustino lib. de prædest. Sancti. vbi a cap. 2. ad refellendos Semipelagianos reuocat initium salutis ad sanctam cogitationem, & ante illam ostendit nihil in homine

Prædicatur
fides.

Ambrosius.

Augusti.

inueniri, quod initium fidei, vel iustitiæ esse possit. Declarat autem illam esse sanctam cogitationem, quæ ad religionem vtriusque Christianæ & prætertem pertinet. Deinde in cap. 3. retractat quod alibi dixerat, initium fidei esse posse ex nobis, quod non esset simpliciter retractandum, sed explicandum si homo aliqua ratione posset vocationem ad fidem mereri. Item cap. 7. nulla opera posse esse meritum, vel impretationem fidei, quia ad opera habeant vim aliquam merendi, vel impetrandi, debent ex fide procedere, iuxta illud ad Ephel. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei est, ne quis gloriatur. Fides ergo præcedit, ait Augustinus, vt per illa cætera impetretur, idèque non probant vulgarem loquendi modum, ille ad fidem tractus est, vel credere meruit, quia vir probus erat, sed potius vt bonus fuerit, ad fidem vocatus est, & ideo de Cornelio ait, iam fuisse fidelem cum per opera suauiter aduentum Petri, à quo in Christi fide vtriusque instrueretur Act. 10. idem habet Epist. 57. q. 2. de quo latè dixi lib. 2. cap. 4. Præterea cap. 15. eiusdem libri de prædestin. in hoc æquiparat initium gratia per vocationem ad fidem cum incarnatione, quod in humanitate assumpta nihil potuit præcedere, quo aliquo modo mereretur vocationem, ita in nomine nihil potest præcedere quod fidem mereatur.

Eandem doctrinam habet Augustinus aliis innumeris locis, nam lib. de grat. & lib. arb. capite septimo Opera (inquit) sunt ex fide, non ex operibus fides. Opera vtriusque quæ sunt alius meriti, & per se conferant ad veram iustitiam, & salutem æternam, & ideo libro quarto contra Iulianum capite tertio ante fidem, ait, nullum esse vere virtutis opus, non quia bonum esse non potest morali modo, sed quia non confert ad salutem, sed est quasi nihil in negotio salutis, & ob eandem causam dicto lib. de grat. & lib. arbitrij cap. 3. comparat iustificationem creationi, quia sicut creatio est ex nihilo, ita iustificatio ex nullo merito esse potest, nec ex operibus quæ sine aliquo in ordine ad Christianam iustitiam, quæ a hinc inchoatur. Vnde Epist. 105. Si dixerimus (inquit) ante fidem præcessisse meritum gratia, quid meriti habebat homo ante fidem, vt acciperet fidem. Similiterque dicit in Epist. 106. fidem non esse tribuendam præcedentibus meritis, aut impetrationi, quia omnia hæc radicanur in fide, & hæc ratione in eisdem locis notat vitam æternam ita esse mercedem meritum, vt sic etiam gratia, quia est gratia pro gratia, vt ait etiam lib. de corrept. & grat. cap. 13. & Ioann. 1. quia meritum eius fundatur in priori gratia, fidem autem ita esse gratiam, vt non posset merces appellari, quia non potest supponere meritum fundatum in gratia & omne aliud fundatum in operibus, non potest esse meritum vilius gratia, aut fidei, & multa similia habet Augustinus dicta q. 2. ad Simplicianum, & Psalm. 144. Iustitia tua exultabunt, & alibi sæpe contra Semipelagos disputans.

Hanc Augustini doctrinam imitatus est Prosper contra collator. cap. 22. vbi tractans locum Apostoli Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt. quæ contra gratia necessitatem & libertatem allegabat Talsianus, respondet, si locus ille de gentibus per fidem iustificatis intelligatur, nihil fauere Thalsiano, quia gratis & sine villo merito reconciliati sunt, nihil enim boni operis, inquit, ex mortuis, nihil iustitiæ procedit ex impiis, id est, nullum opus meritorium gratia, vel iustitiæ ex impiis qui de fide carent, & spiritum vitæ nondum accipere inceperunt, esse potest. Deinde verò admisso alio

sensu quod Paulus loquatur de gentibus fide car-
entibus, & aliquid boni naturalis operantibus,
ait non potuisse illos ex illis operibus iustificari,
quia nullus est bonæ voluntatis motus, utique
iustificationem impetrans nisi quem creauit dif-
fusus per Spiritum sanctum charitatis affectus, &
addit probationem, quia sine fide impossibile est
placere Deo, referens hæc verba, non solum ad
personam, verum etiam ad singulos eius actus,
quia non possunt Deo placere in ordine salutem, &
veram iustitiam, nisi à fide oriuntur. Vnde cap.
29. ait, si bonum præcedens fidem possit illam
mereri, sequi sic animam adificari in templum
Dei, vt non accipiat fundamentum, quod non
incipit, nisi quando fides in corde audientis ge-
neratur: intelligit autem sequi, non accipi fidem
tamquam donum gratiæ collatum, quod sum-
mum censeat inconueniens. Et similiter cap. 37.
& 38. probat ex professo vocationem ad fidem
non posse sub cuiuscumque præcedentis boni o-
peris meritum cadere, idem habet in responsione
ad Gallos cap. 8. Fulgentius de Incarnat. & grat.
cap. 26. vsque ad 20. probat omne meritum gra-
tiæ in fide radicari, & ante illam esse non posse:
fauet denique Concil. Araucianum can. 25. di-
cens Deum nullis præcedentibus meritis fidem
inspirare, quod etiam habet Concil. Trident.
cap. 5. & 6.

Respondent verò aliqui hos Patres ideo ini-
tium gratiæ ad fidei cognitionem reuocasse, eam-
que pro fundamento nostre iustificationis posuisse,
quia & frequentius contingit, vt ante fidem
non præcedant opera bona facta ex alia priori gra-
tiæ, & ita rarum est, & quasi accidentarium in-
choari gratiam ante fidem, quia initium fidei est
per se ac necessarium fundamentum iustitiæ, quod
autem aliud fundamentum internum præcedat,
licet etiam sit contingens. Et vtrumque confir-
mant, quia alias omnia bona opera quæ ab infide-
libus fiunt, etiam in suo genere interdum sunt il-
licita, vt difficillime fieri possint sine gratia Chri-
sti, quod non videtur admittendum. Et similiter
in homine fidelis victoria graui tentationis, aut in-
igne bonum opus morale, vel fieret sine gratia
Christi, vel nunquam fieret, nec esset merito-
rium, nisi fieret ex motu fidei.

Veruntamen neutra ex dictis expositionibus est
admittenda, nam illa prior, vt Patres loquuntur
de his quæ frequentius accidunt, & quæ rara sunt,
non considerent, non rectè in præsentem accom-
modatur, tum quia alias non satis Pelagianos
confutarent, nec certo & infallibili principio con-
tra illos vterentur, nimirum fidei initium non
cadere sub humanum meritum, nam quod id fre-
quentissime contingat, Semipelagiani non nega-
bant, vt lib. 2. dictum est, & Prosper refert cap. 37.
contra Collat. vbi illud latè impugnat, quia in
quibusdam ponebat vocationem fidei sine merito,
in aliis ex merito. Vnde Augustinus nec in Corne-
lio, nec in Ladrone, vel vilo alio vult id admitte-
re, non ergo ponunt illud principium, vt contin-
gens in pluribus, sed vt per se ac simpliciter neces-
sarium. Et ideo non solum negant actum, sed po-
testatem, dicunt enim non posse hominem mereri
fidem, quia ipsa fides est, quæ hanc confert potesta-
tem, item hoc declarant exemplis absolutam im-
possibilitatem contrarij euentus indicantibus, vt
est exemplum hypostaticæ vniõis, ita enim est
gratiæ, vt non possit ante illam meritum in natura
assumpta antecedere, & exemplum creationis, ita
enim ex nihilo, vt nunquam possit aliter con-
tingere. Denique quod præcedant bona opera an-
te fidem, non potest dici rarum, quia vix inue-
niuntur in ecclesiis, in quibus aliqua bona opera

inueniuntur, vt lib. 2. dictum est, cum Chrysosto-
mo Homil. 67. ad Paulum, & aliis.

Et ob eandem, vel maiorem rationem alia res-
ponso admittenda non est, nimirum ita fidem esse
fundamentum iustitiæ, vt aliquando possit al-
liud antecedere fundamentum, tum quia etiam
datur hinc occasio Semipelagianis dicendi, licet
frequentius iustitia fundetur primum in fide, in a-
liquis sumere initium à bonis operibus huma-
nis. Dices illos loquutos esse de bonis operibus vi-
ribus naturæ factis, non per aliquam priorem gra-
tiam ordinis naturalis, vt isti Theologi loquuntur.
Sed contrà in hoc est: quia si per gratiam hanc so-
lùm intelligatur cogitatio honesta naturalis, &
congrua, etiam illam non negabant, si verò aliud
maius auxilium, intelligatur, in primis non est
de fide dari tale auxilium; ergo illo titulo non
poterit sententia Semipelagianorum, vt erronea
damnari, deinde quod caput est, Paulus, ad Rom.
3. sub operibus legis concludit omnia quæ non sunt
ex fide, & absolute dicit, ex operibus legis non iustifica-
bitur omnis caro coram illo, & postea subiungit, iusti-
tia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super om-
nes qui credunt in eum: nec inter opera legis & fidei
medium agnoscit, & concludit, iustificati gratis per
gratiam ipsius, utique per gratiam fidei, de qua infra
subdit: arbitramur enim iustificari homines per fidem sine
operibus legis, & ad Ephel. 2. Gratia estis saluati per fidem,
& hoc non ex vobis, Dei enim donum est, & non ex operibus,
vtique, sine fide, vel ante fidem, vel non ex fide fa-
ctis.

Quæ loca exponens Concilium Tridentinum
sess. 6. cap. 8. ait, vt per fidem ideo iustificari dicamur,
quia fides & humane salutis initium, fundamentum, &
radix omnis iustificationis, vbi distributio omnis pon-
denda est, includit enim omnem alium modum
iustificationis, & omnem radicem: item loquens
de hac eadem iustificatione, quæ à fide inchoatur,
ait, nihil eorum, quæ præcedunt illa, siue fides (vtique
naturalis, quam ponebant Pelagiani,) siue opera,
qualiacumque vtique sint, iustificationis gratiam
promeretur: in nullo ergo hominè possunt præce-
dere opera quæ sint exordium illius iustificationis,
quæ fundatur in fide: quapropter regula posita ab
eodem Concilio cap. 5. & 6. de exordio iustifica-
tionis à vocatione fidei non regulariter, sed infal-
libiliter accipienda est, alias nihil certi de exordio
& fundamento iustificationis haberemus; non er-
go vocatione ad fidem tantum ponitur, vt necessaria
ad iustificationem, sed etiam vt exordium neces-
sarium & vnicum, & certè ipsum nomen exordij,
vel fundamenti excludit necessariò omne aliud
prius exordium, vel fundamentum: nam funda-
menti non datur fundamentum, & ad hoc signifi-
candum additum est nomen exordij, initij, & ra-
dicis, vt significetur non posse dari aliam priorem
radicem. Denique addit Concilium, nullis eorum
existentibus meritis, utique ante vocationem fidei,
quis enim contra verba tam absoluta, & vniuersa-
lia audeat dicere in aliquibus hominibus, vel etiam
in aliquo homine, vocationem ad fidem esse ex ali-
quo, vel qualicumque merito.

Ad incommoda autem, quæ inferebantur, re-
spondemus aliud esse loqui de gratia in genere,
aliud de gratia quæ possit esse principium meren-
di aliquo modo supernaturale auxilium; ante fi-
dem: ergo & ante proximam vocationem fidei fa-
temur propter Christum dari, quia nulla vera est
gratia Dei, quæ non propter Christum detur, vt
in principio huius materiæ dixi; negamus vero
ante vocationem fidei antecedere gratiam, quæ
possit esse exordium vel fundamentum superna-
turalis iustitiæ, licet ad alios bonos effectus defer-
uire possit, & hoc probant testimonia adducta, &
ratione

Nulla vera
gratia quæ
non detur
propter
Christum.

ratione statim declarabitur: unde ad primum incommodum de infidelibus respondemus, fortasse nunquam in eis esse victorias grauium tentationum integras, & sine vlla peccati labe, nec difficultas opera bona sine aliquo defectu culpæ; si verò aliquando sunt, non sunt sine aliquo gratiæ auxilio propter Christum dato, & nihilominus in ordine ad fidem promerendum nihil sunt. Ad aliud verò de fidelibus similiter dicimus, si talia opera fiant ex solo auxilio naturalis ordinis, & nullo modo ex fide, non mereri supernaturale præmium apud Deum, ut infra tractando de merito ostendemus.

30. Opera quæ præcedunt fidem, secundum quid.

Aliter verò quis subterfugere posset allata testimonia, dicendo talia opera bona, quæ ante fidem interdum faciunt, non fieri sine aliqua vocatione bona, & illam tunc dici posse vocationem ad fidem, saltem remotam, eamque à Conciliis & Patribus sub vocatione fidei includi: & ita verum esse ante illam nulla præcedere merita, nihilominus tamen ex illa vocatione remota posse procedere aliquod opus, quod sit meritum proximæ vocationis ac fidem, ad proinde excitatione ad bonum opus faciendum ante reuelationem fidei esse vocationem quamdam ad fidem, quia ad illam ordinatur, & hoc satis esse aliquale meritum proximioris vocationis ad fidem; etiam si actus fidei nondum præcesserit. Potest hoc subterfugium duorum Patrum testimoniis colorari, vnum est Augustini lib. 83. quæst. 68. dicentis, Numquid ergo latebat Pharaonem, quantum boni consequuta fuerint terra illa per aduentum Ioseph? Illius ergo rei gesta cognitio, vocationis eius fuit, & populum Israel misericordialiter tractans, non esset ingratus. Quod autem huius vocationi obtemperare noluit, sed exercuit crudelitatem in eis, quibus humanitas, & misericordia debebatur, meruit panem, ut induraretur illi cor, &c. Certè cognitio illa quam habuit Pharaon de aduentu Ioseph in terram Egypti, & de beneficiis per eum illi genti collatis, non fuit reuelatio fidei, nec per eam excitabatur Pharaon immediate ad credendum; & tamen Augustinus inde dicit incipisse vocationem Pharaonis, quia si usus bene esset, ulterius illuminaretur, sicut è contrario illa malè vtendo obdurari meruit. Aliud testimonium est D. Gregorij Homil. 9. in Ezechiel. in illa verba, Mitto ergo te ad filios Israël. vbi sic inquit, Nec fides sine quibus, nec operibus adiuuant sine fide, nisi fortasse pro fide accipienda fiant. Ergo secundum Greg. opera, quæ præcedunt fidem, quatenus pro fide percipienda fiunt, possunt iuuare ad merendam proximam fidei vocationem. Et in omni sententiæ confirmationem addit. Sicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audire, quam fidelis existeret; quia ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda faciebant. quod ex Actorum decimo latius deducit.

31.

Responsio Authoris.

Respondeo duobus modis posse intelligi aliquem operari pro fide obtinenda, vno modo ex intentione Dei solum, quia nimirum Deus excitat hominem ad bene moraliter operandum, ut probet illum, an bene respondeat illi priori vocationi, & animo dandi illi altiore, si illa bene vtatur, sin minus dimitendi illum: alio modo potest intelligi ex intentione ipsius hominis bene operantis & potentis, ut à Deo illuminetur in fide. De priori modo potest intelligi locus Augustini, & præmisso illo sensu duo dicenda sunt, vnum est illam priorem excitationem, non posse dici vocationem ad fidem, sed ad misericordiam, gratitudinem, iustitiam, vel aliam similem virtutem moralem; de his enim virtutibus aperte loquitur Augustinus. Quando autem in aliis locis dicit vocationem ad fidem præcedere omnia opera pietatis, & merè gratia dari, aperte de illa

loquitur Concilium Tridentinum in illo cap. 7. cum dicit, iustificationis exordium sumendum esse à vocatione, quia Deus tangit cor per Spiritus sancti illuminationem, ut gratia adiutus libere possit mouere se ad iustitiam coram Deo. & addit cap. 7. Disponentur ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes libere mouentur in Deum. Vocationis ergo de qua loquitur Concilium, est ex auditu fidei, & ab illa inchoatur fundamentum iustitiæ, & omnium dispositionum ad illam. Et de eadem vocatione dicit antecedere omnia merita. Non possunt ergo hoc testimonium, & similia eludi, ea interpretando de vocatione ad bonum opus morale, vel ad aliquam cognitionem naturalem, quam Deus potest dare ante reuelationem, vel predicationem fidei, quia nec illa potest dici fundamentum iustitiæ, nec re vera est vocationis ad fidem, cum illa non proponat vllò modo ut supponimus. Neque intentio Dei extrinseca mutatur naturam, & rationem talis vocationis; neque enim habet, quod sit talis, vel talis vocationis ex fine extrinseco vocantis, sed ex obiecto ad quod vocat.

Quocirca persistendo in eodem sensu verborum Augustini addendum, posita illa vocatione Pharaonis per solum naturalem bonum vsum eius ante primam vocationem ad fidem, non potuisse mereri fidem, vel initium eius, sed ad summum potuisse non ponere obicem fidei, seu inspirationi eius, ut generaliter statim dicemus, quia intentio Dei extrinseca non addit illis operibus dignitatem, vel proportionem cum tali premio. Vnde non est cur fingamus Deum hoc intendisse, aut ad hunc finem dedisse Pharaoni vocationem illam, vt bene illa vtendo mereretur vocationem ad fidem, quia nec Augustinus hoc dicit, nec habet fundamentum in Scriptura, vel ratione: imò repugnat Deum intendere aliquid gratiæ suæ contrarium. Item non oportet negare ita fuisse vnam vocationem ad aliam ordinatam, vt si Pharaon bene vteretur primo, illi esset promissa proxima vocationis ad fidem, quia hæc etiam promissio facta est, & sine fundamento, & præter ordinationem diuinæ gratiæ. Igitur nulla ibi particularis intentio Dei cogitanda est præter illam generalem, quam ex se habuit propter Christum dandi omnibus adultis vocationem ad fidem, si per eos non faret. Ante quam vocationem sapie, dat aliam bonam excitationem moralem, referuat autem vocationem ad fidem pro tempore quod sibi placet, iuxta æternam dispositionem suæ sapientiæ, & voluntatem consilij sui: & ita se gessit cum Pharaone: quem fortasse postea non vocauit ad fidem, quia inuenit obduratum, vel prauè dispositum per abusum prioris dispositionis, quod impedimentum si non haberet, vocaretur à Deo, non propter aliquod meritum, vel dispositionem, sed propter suam propriam, ut mox etiam generaliter dicemus.

De posteriori modo operandi pro fide obtinenda ex propria intentione ipsius operantis, videtur loqui Gregorius. in quo loco oportet aduertere illum supponere in operante aliquam fidei notitiam; quomodo enim potest quis per sua opera intendere fidem obtinere, nisi iam cognitionem fidei habeat. nam intentio est actus voluntatis, quæ cognitionem supponit. Hæc igitur cognitio, quæ ante illam intentionem supponi debet, duplex esse potest, scilicet cuiusdam opinionis, fidei humanæ, vel ex auditu alicuius Prædicatoris, vel ex fama, aut conuersatione cum fidelibus comparatæ, vel esse potest fides vera, vel supernaturalis, imperfecta tamen.

tamen, & confusa. Prior modus etiam contin-
gere potuit in Pharaone, & mihi virisimile vide-
tur de illo modo potius loquutum esse Augusti-
num in loco superius tractato. Nam Pharaon ita
expertus fuerat beneficia terræ suæ per Iosephum
collata, ut simul aliquam Dei notitiam ab eo acce-
perit, quia Ioseph & verbis suis & factis illam
semper infinuabat. Nam Genes. 41. in primo ad-
itu ad Pharaonem, cum hic dixerat vidisse somnia,
quæ nullus edificare poterat, respondet Ioseph,
absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Et pau-
lo post ipse Pharaon confessus est, *Ioseph fuisse Spiritu
Dei plenum.* & postea illa cognitio durare po-
tuit, & crescere per familiarem & diuturnam
conuersationem cum populo Hebræorum, & per
Moysen confirmata est signis & prodigijs, &
tunc etiam simili modo Iudæi, qui inter fideles
versantur, & Saraceni qui notitiam aliquam,
vel famam Christianæ Religionis habent, etiam si
non credant, illam esse veram, saltem possunt
dubitare & desiderare illuminari, & propter
hunc finem aliquid facere petendo, & bonum a-
liquod operando. Ac denique ille, qui incipit au-
dire prædicationem fidei, quamdiu deliberat, &
nondum credit, potest saltem generaliter aliquid
facere propter veram fidem, quæcumque illa sit,
obtinendam.

Et de his omnibus dici quidem potest habere
aliquem vocationem ad fidem, nondum tamen
internam & sufficientem proximè, sed externam,
& remotam, quia iam habent aliquem auditum
fidei, cuius signum est, quia illa esse potest satis,
ut qui illam omnino negligit, peccatum infidelita-
tis committat, atque imputari ei incipiat, quod
fide careat; ut rectè dixit Molina in concordia
disputatione vndecima ad questionem decimam
quartam, & in materia de fidelitate dicitur. Illa
autem qualiscumque vocatio, licet in entitate
sua supernaturalis non sit, nihilominus vera gra-
tia est, quia est honesta cogitatio de re supernatu-
rali homini non debita, & ideo quidquid ex illa
fit, non fit sine aliquo auxilio gratiæ. & præterea
intentio illa aliquid faciendi propter fidem veram
obtinendam, non fit sine inspiratione diuina non
debita, etiam si nondum supernaturalis ordinis sit,
ut præcedentibus lib. cap. 7. dixi. ideoque mirum non
est, quod ille bonus usus talis vocationis aliquid
conferat ad obtinendum à Deo vteriores voca-
tiones proximam fidei, & qui dixerit ibi interue-
nire aliquam rationem, vel umbram meriti impe-
tratoris, vel dispositionis remotè non poterit Se-
mipelagianismi argui, quia licet ibi operetur ar-
bitrium naturalis virtute, quoad substantiam ope-
ris, non tamen id facit sine præueniente gratia, &
inspiratione ad ordinem gratiæ pertinentem, ac sub-
inde aliquo modo supernaturali.

Nihilominus tamen mihi verius videtur illas
actiones liberas hominis deseruire quidem tam-
quam materiales dispositiones, seu quasi viam,
qua ordinariè tenditur ad sufficientem fidei pro-
positionem, in qua Deus incipere solet dare pro-
ximam excitationem supernaturalem sufficientem
ad voluntatem credendi, ut lib. præcedenti
capite octavo latè declaratum est; non tamen suf-
ficere ad rationem alicuius meriti, vel moralis dis-
positionis. Ratio est, quia omnes illæ actio-
nes sunt valdè improporcionatæ ad meritum su-
pernaturalis præmij, quia omnino sunt natu-
ralis ordinis, & ex parte operantis, cum non-
dum fidem habeat, non possunt ordinari ad finem
supernaturalem, ut talis est, sed ad summum sub
aliqua ratione confusa & generali, qualis est cog-
nitio veritatis, vel fidei veræ, ac Religio, vel quid
simile. Ergo neque sunt aptæ ad meritum super-

naturalis præmij, qualis est supernaturalis voca-
tio, nec etiam sunt tales dispositiones morales,
quibus ex natura rei supernaturalis excitatio tan-
quam propria forma debeat, quamvis ex diui-
na ordinatione gratuita nemini cooperanti, ut
potest & debet, illi extetnæ vocationi interna &
supernaturalis negetur. Et ita etiam respectu ha-
rum actionum, quamvis ex aliqua gratia ad su-
pernaturalem providentiam pertinente proce-
dant, verum est principium supra positum, ante fi-
dem infusam nullum esse proprium, & supernatu-
rale meritum.

In posteriori autem modo operandi propter
obtinendam fidem expressam, & distinctam plu-
rium mysteriorum ex fide supernaturali iam con-
cepta, licet confusa & imperfecta intercedere po-
test aliquod meritum vterioris vocationis ad fi-
dem, imò possibile est tale meritum esse de con-
digno, si operans sit iustus, sicut esse potest per
priorem fidem licet confusam per charitatem o-
perantem; erit autem de congruo etiam in pec-
cato sit, si vera ex spiritu fidei infusa petat fidei
incrementum, vel propter illud operetur. Addo
etiam, licet talis homo non petat, nec intendat
explicite perfectionem fidei, quia fortasse nihil de
illa cogitavit, vel audiuit, satis esse, quod ex de-
siderio salutis suæ, vel colendi Deum ut debet, ope-
retur, ut impetret, & aliquo modo mereatur illam
fidei perfectionem, quæ nunc communi lege ne-
cessaria est ad salutem, quia illa opera habent suf-
ficientem proportionem cum tali præmio, & se-
cundum ordinem diuinæ providentiæ, illud est
tali homini & pro tali statu maximè necessarium.
Ethoc satis probat exemplum Cornelij, & simi-
lis est de Lydia purpuraria, de qua non sine my-
sterio dicitur Act. 16. quædam mulier nomine Ly-
dia colens Deum, nam in hoc ultimo verbo signi-
ficatur, tam habuisse fidem, & secundum illam
religiosè & fortasse etiam iuste coluisse Deum, i-
deoque meruisse amplius doceri à Paulo, imò et-
iam vocationem congruam ad illi credendum ac-
cepisse, ut illa verba indicant, *cuius Dominus aperuit
cor.* De hoc ergo modo operandi ex fide propter
fidem loquutus est Gregorius in loco allegato, cum
enim dicit opera non iuuare sine fide, nisi
propter fidem percipiendam fiant, non intelligit
tunc illa opera iuuare sine omni fide, sed sine ali-
qua, pro qua obtinenda sunt, & cum de Corne-
lio dicit pro bonis operibus meruisse audire ante-
quam fidelis esset, intelligit antequam Christia-
nus & baptizatus esset.

Quæ exposito violenta, aut voluntaria videri
posset, nisi ex ipso Gregorio sumpta esset, qui in
Homil. 19. eiusdem operis tractans illa verba, se-
prem verò graduum erat ascensus, & vestibulum ante eam
per vestibulum fidem allegoricè interpretatur, quia
prius ad fidem venimus, ut postmodum per spiritualium do-
norum gradus celesti vite aditu intremus. non enim
ait virtutibus venit ad fidem, sed per fidem
perstringitur ad virtutem & statim id probat in
Cornelio, de quo ait habuisse fidem antequam
Petrus audiret, *scilicet (ait) Deum verè & ante Bap-
tismum non crediderat, quid orabat? vel quomodo hunc
omnipotens Deus audierat, non ab ipso se in bonis perfici
petebat.* Notetur verbum perfici, quia non fidei
initium, sed perfectionem petebat, quam fuisse
expressam cognitionem Christi Dei hominis, po-
stea Gregorius declarat, & iterum repetit, *Nec enim initium, sed
poterat bona agere, (utique meritoria) nisi antea cre-
didisset.* Scriptum namque est, *sine fide impossibile est
placere Deo; fidem ergo habuit, cuius opera & elemo-
sine placere potuerunt; bona autem operatione meruit ut
Deum perfectè cognosceret, & incarnationis eius myste-
rium credidit, quatenus ad Baptismi sacramentum per-
veniret.*

36.
Modus ope-
randi ex fi-
de propter
fidem quis.

Gregor.

37.

Non fidei
perfectio
necessaria
est.

ueniret; per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Et ita ex sententia Gregorij principium positum quod ante fidem nullum sit verum meritum, comprobatur; quomocumque ergo homo ante fidem faciat quod in se est, proximam vocationem supernaturalem ad fidem mereri non potest.

38. Ultimo ergo dicendum est conditionem sub qua Deus promittit omnibus adultis proximum auxilium sufficiens ad salutem, seu fidem; solum negatiue esse intelligendum, id est, si homo ex parte sua impedimentum diuinæ vocationi non posuerit, & eodem modo exponendum est illud axioma, facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, intellectum de prima gratia auxiliante, vt facere quod in se est tantum sit non ponere obicem gratiæ, vnde si lex natura seruetur, tantum id seruiet impedimentum remouendum, non quia illa operatio sit alia qua ratio obtinendi gratiam. Hanc assertionem sumo ex D. Thoma 3. contra gent. cap. 159. vbi proposita difficultate, quomodo sit in hominis potestate salus, cum ab auxilio gratiæ pendeat, quod promereri homo non potest, respondet, licet homo non possit gratiam mereri, posse illam impedire, id est, quando illa caret, illi imputatur, qua illam impeditur. Deus enim (inquit) quantum in se est paratus est omnibus gratiam dare, vbi euidenter subintelligit conditionem, nisi illam ponant, vnde subiungit, sed illi soli gratia priuantur, qui in se ipsi gratia impedimentum præstant. & simili modo in dicta q. 14. de verit. art. 11. ad 1. ait, ad diuinam providentiam pertinet, vt cuiuslibet provideat, de necessitate ad salutem, dummodo ex parte eius non impediatur. & in eodem sensu dixit 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1. quibus non datur auxilium præparans voluntatem ad amandum & credendum, ex iusticia non dari, in penam præcedentis peccati, & hanc sententiam sæpe inculcat Henricus quodlibet 8. q. 5. & Alenfi. quaest. 61. membro 5. art. 3. cum dixisset Deum dare gratiam suam facienti quod in se est, & in solutione ad 1. explicasset id non facere Deum ex hominis merito, sed ex sua mera liberalitate & misericordia, subdit in solut. ad 5. licet homo non possit se disponere ad gratiam, nisi Deus illum disponat, posse tamen remouere illud, quod est impedimentum gratiæ, & tunc intrat De gratia. Sic etiam Abulenfi. Matth. 21. q. 211. dicit Deum reuelare mysteria fidei necessaria ad salutem omnibus non ponentibus obicem, & eodem modo ait offerre gratiam suam omnibus facientibus quod in se est.

39. Cum. Sic etiam dixit Cumel. 1. 2. q. 112. art. 3. disp. 5. excitantem gratiam sufficientem esse in potestate nostra, quia Deus paratus est illam dare, pendet tamen aliquo modo ex potestate nostra, quatenus possumus illam impedire, & ita exponit axioma illud, facienti quod in se est, id est, non ponenti obicem Deus non negat gratiam. Denique omnes qui simul dicunt homini facienti quod in se est, Deum non denegare gratiam, & nihilominus dare illam merè gratis, & sine ullo merito, vt sunt Ruardus, Driedo, Molina & alij, re vera nihil aliud sentiunt, nisi eatenus conditionem illam esse necessariam, quatenus confert vt non ponatur impedimentum gratiæ, vnde etiam Medina qui 1. 2. quaest. 19. art. 6. dubio 3. §. ad argumentum, in solut. ad 3. probabilem existimauit illam sententiam, addit ibidem §. respondetur, bona opera moralia quæ facit peccator conferre, vt minorem repugnantiam habeat ad gratiam iustificantem. Sic ergo facere quod in se est, intelligi poterit ad ponendum obicem gratiæ.

40. Præterea est hæc sententia & explicatio antiquis Patribus conformis. nam in primis illa regula Augustini lib. 2. de peccat. meritis. cap. 2. vt homines

non iuuentur gratia Dei, in ipsis causa est, non in Deo planè supponit & Deum esse paratum ad dandam gratiam si homo non impediatur, & hominem posse impedire. & Epist. 105. dicit quibus non datur auxilium gratiæ, eos meruisse vt non detur & alia multa in cap. 17. afferemus. Ambrosius circa id ad Rom. 1. non autem arbitror, &c. sic ait, Prohibitum se dicit vsque ad tempus data epistola à Deo, scilicet quia sciens adhuc impios illos ad alias vias perducere Apostolum. Declaratus autem quomodo essent imparati, dicit paulo inferius vitiis prohibebantur carnalibus ne dignitatem essent addicere spirituales doctrinam, vnde quod infra dicit eisdem exhortatos esse à Paulo, vt digniherent ad excipientem doctrinam à vitiis carnalibus abstinentibus, negatiue etiam intelligendum est, scilicet vt vitiis abstinentes in pedimenta tollerent. Luculentius hoc docuit Chrysost. Homil. 7. in Ioan. circa illa verba, illuminat omnem hominem, dicens; si illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quoniam puto tot homines sine lumine permanere? Illuminat profectò quantum in ipso est. Si quis autem mentis oculis sponte sua conuulsiuius, ad huius lucis radium actum dirigere noluimus, non ex luminis natura in tenebris perseverant, sed malitia sua, quæ sponte tanto se dono indignos reddiderunt. & infra, qui autem eius munere frui negligunt, hæc suam cecitatem sibi ipsis imputent. & sic etiam dixit Homil. 42. in Genes. Non eo quod non possumus, sed eo quod non volumus, ab omnibus bonis sumus aucti. Sic etiam Andr. Cresc. in Apocalyp. suo cap. 19. hoc (inquit) auxilio destituuntur, ideo destituti sunt, quia vna cum ipso manu operi adhibere non volumus. Videntur autem loqui de his, qui vocationi non cooperantur, & ideo postea illa priuari qui antecedenter (vt sic dicam) illi ponunt impedimentum. Denique eandem sententiam aliter & optimè declarat Marcus Heremita in lib. de Paradiso, lege & spiritum, sub titulo de his qui putant se ex operibus iustificari cap. 23. Omne, inquit, opus bonum quod per nostram naturam operamur, tantum equidem efficit, vt è contrario malo, aut vitio abstinemus. Ceterum extra gratiam sanctificationis afficit accessionem nobis facere non potest. Sic ergo facere quod in se est in obseruanda lege naturæ, non quidem per modum meriti, aut moralis dispositionis, sed per modum remouentis impedimentum peccati conducere potest ad gratiam. ita ergo intelligenda est illa conditio.

Denique à sufficienti partium enumeratione hæc interpretatio, seu assertio concluditur, ostendimus enim excitantem gratiam necessariam ad salutem generali lege omnibus esse per Christum oblatam, & promissam non absolute, sed sub aliqua conditione ab ipso homine pendente. Hæc autem conditio non est meritum aliquod, vel dispositio proportionata supernaturali gratiæ, ergo tantum esse potest conditio non ponendi obicem. Paret consequentia, quia nulla alia potest cogitari, quia licet interdum bona aliqua actio sit necessaria, cum illa per se nihil ad gratiam conducatur, solum potest esse necessaria vt obicem peccati impediatur, vel potest esse utilis vt prauas dispositiones, & vitia quæ hominem ad opera gratiæ ineptiorem reddunt, impediatur. Confirmatur, quia si aliquis adultus omnino caret hac gratia excitante interna, id non est primariò ex parte Dei, quia ipse maximè cupit illam omnibus conferre; ergo est ex parte hominis: causa autem ex parte hominis esse non potest, quod illam non mereatur, vel ad illam se moraliter non præparet, cum id facere non possit ante primum auxilium, ergo solum esse potest causa, quia ponit aliquod impedimentum gratiæ Dei; ergo è contrario conditio in dicta lege inclusa solum est vt homo non ponat obicem gratiæ Dei. Denique hæc conditio est

Exponitur
axioma, fa-
cienti quod
in se est Deus
non denegat
gratiam.

Henricus
Alenfi.

Abulenfi.

39.
Cum.

Facienti quod
in se est, vt in-
telligi pos-
sit.

Medina.

40.
August.

est iustissima, & non repugnat dignitati, vel liberalitati gratiæ Dei; ergo ita est intelligenda.

Dicunt verò aliqui, licet hæc explicatio in rigore vera sit, nihilominus de facto & praxi nunquam Deum dare gratiam facienti quod in se est dicto modo, quia nullus est qui non ponat impedimentum gratiæ, si Deus aliquid tantulum differat dare illam, & ideo vel non dat illam, quia non facit quod in se est, vel si speciali vult misericordia uti, dat illam etiam non facienti quod in se est, sed hoc diuinare est, nam cum inscrutabilia sint uoluntates Dei, & innumerabiles modi vocandi homines, non possumus in hoc aliquid certum affirmare. Fortasse enim aliquos supernaturaliter vocat paulo post usum rationis, quo breui tempore possunt facere quod in se est per rationis usum, & re ipsa habere cogitationem congruam qua id faciant, aliis verò licet tardiori modo differat vocationem, fortasse prebet auxilium gratiæ ordinis naturalis, ut quod in se est, faciant, & postea vocat illos, ergo licet hæc fortasse rara sint, non possumus affirmare nunquam fieri, aut Dei potentiam in modo & serie communicandi auxilia gratiæ limitare.

C A P V T XVI.

Difficultati cap. 12. proposita satisfi.

Ex doctrina superioris cap. facile soluitur difficultas in initio capitis 12. proposita, in qua inferebatur, si auxilium supernaturale omnibus non datur, sed multis tantum offertur, Deum expectare voluntatem hominis, ut ei suam gratiam conferat, negatur enim sequela, quare expectare voluntatem hominis, est expectare aliquid meriti, vel dispositionem, vel preparationem eius: hæc autem ex parte nostra præcedere non potest, ut diximus, & hoc est quod intendit Concil. Arausicanum, cum enim ait, si quis, ut à peccato purgetur, voluntatem nostram Deum expectare intendit, per voluntatem non ipsam potentiam intelligit, sed actum eius, sensusque est, si quis ut à peccato purgetur, velle nostrum Deum expectare contendit, id est, velle purgare, ut aperte declarant sequentia verba, non autem ut purgari velimus; per Spiritus sancti infusionem fieri consuevit; hoc ergo est quod Deus non expectat, nec aliquam dispositionem propriam, vel meritum ex parte hominis; quamvis ergo requirat interdum ut homo saltem impedimentum non apponat, non propterea expectat aliquam bonam voluntatem eius, quæ sit ratio gratiam obtinendi, ac proinde nec sequitur quod hominis voluntatem expectet, nec quod meritum aliquid ex parte hominis, quia non ponere obicem, nullum meritum, vel initium est. Dices expectare Deum ut homo non peccet, nec obicem ponat, quod etiam videtur absurdum, ad hoc respondebimus in puncto sequenti.

Contra dictam verò responsum instari potest, quia vel illa conditio non ponendi obicem, est in potestate hominis sine gratia præueniente, & excitante; vel ad illam implendam requiritur gratia: neutrum potest continenter dici, ergo manet integra eadem difficultas. Minor quoad priorē partem probatur, quia aliàs posset homo ante omnem gratiam Dei se immunem à peccato seruare per bonum usum naturalem boni liberi arbitrii, quod dici non potest, etiam de peccatis.

Fr. Suárez de Gratia Pars II.

tis mortalibus loquamur, ut ex dictis in lib. 2. suppono. Sequela probatur, quia quodlibet peccatum mortale est sufficiens impedimentum diuinæ gratiæ; ergo ut homo non ponat obicem, oportet ut omnia peccata euitet; ergo si per solum liberum arbitrium potest non ponere obicem, potest omnia peccata mortalia euitare. Altera vero pars minoris probatur, quia ad implendam illam conditionem, requiritur prior gratia, si illa non datur, petitur ab homine conditio illa impossibilis, & sic vana est promissio; si verò datur, hoc est contra hypothesein, loquimur enim de homine nondum vocato, nec excitato per gratiam, & præterea iam illius gratiæ promissio erit omnino absoluta, & sine ulla conditione, quod etiam est contra dicta.

Secundò obicitur contra dictam responsum, nem, & declarationem, quia ex illa sequitur, si homo postquam venit ad usum rationis, peccatum aliquid mortale committat, eo ipso fieri incapacem illius promissionis, quia Deus offert gratiam facienti quod in se est, quod videtur inconueniens, quia aliàs inutilis esset illa promissio, quia nullus est homo, qui perueniens ad usum rationis, non citissimè peccet, nisi præueniatur à Deo per gratiam, ut non peccet. Item, quia aliàs Deus non esset paratus ad dandam gratiam ei, qui semel peccauit, quia nec absolute eam promittit, nec iam superest conditio, quæ ab homine impleri possit, quod etiam est absurdum, & contra dicta. Probatur autem prima sequela, quia quodlibet impedimentum peccati, est sufficiens impedimentum gratiæ: postquam autem homo semel peccauit, non potest peccatum à se tollere, ergo nec impedimentum tollere; ergo statim fit incapax promissionis: non dico autem fieri incapacem gratiæ, nam si Deus velit, poterit illam dare: sed infero fieri incapacem promissionis, quia ex vi illius non tenetur Deus illam dare ponenti obicem, quod si dederit, ex sola sua liberalitate dabit, non ex promissione.

Tertiò obijci potest, quia sequitur, si homini facienti quod in se est, Deus non daret gratiam, habere talem hominem excusationem apud rectra. Deum, etiam si reliqua necessaria ad salutem non præstet, quia iam per illum non stetit, sed per Deum. Consequens videtur esse contra Augustinum epist. 105. post medium dicentem, Cum non liberat, nisi gratia, nihil iustum inueni in eo, quem liberat, non voluntatem, non operantem, non saltem ipsam excusationem, nam si hæc iustitiam, quisquis ea vitatur, non merito, sed gratia liberatur. Ergo nec talis excusatio ex sententia Augustini admittenda est. Et rationem indicat, quia aliàs ratione illius daretur gratia, & ita non esset mera gratia, sed ex aliquo merito, id est, ex aliquo titulo iustitiæ, qui propter excusationem exigit aliquid, non ut omnino gratuitum, sed ut debitum aliquo modo id postulat. Unde etiam sequitur axioma illud, facienti quod in se est, &c. intellectum etiam eo modo quo nos illum interpretati sumus, non omnino à Pelagianismo excusari, quia ex parte hominis esset aliqua ratio obtinendi gratiam, saltem quia excusationem habuit apud Deum, & ideo gratiam recepit. Quartò sequitur è contrario eum qui peccando in principio usus rationis posuit impedimentum gratiæ fidei, non habere excusationem suæ infidelitatis, atque nullum posse aditum negatiuè tantum infidelis, saltem post aliquam moram temporis ab usu rationis. Consequens est falsum, ut supponimus: ergo sequela patet, quia ille sua culpa caret notitia fidei, nam si fecisset quod in se est, ut tenebatur recepiisset reuelationem, & excitationem ad fidem ergo im-